



Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

I. Disputatur de Auctore libri prioris Esdrae. Vulgata opinio proponitur. Sex priorum capitum incertus est Auctor, aetas assignatur. Reliquorum auctor est Esdras.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

4. Reg. 8. 26. pesseret : & octavo tamen capite quarti Regum, anni tantum huic viginti duo tribuntur. Facilis est conjectura lapsum hic in pingenda numeri nota librarium, ut alias s^ep^e contingit, & pro \beth notatum \beth : quod penitus confirmatur ex interpretatione Septuaginta Senum : ἐννέα εἰκοσι καὶ δύο, quod habent & Syrus & Arabs. Alter folvit hunc nodum Vatablus, sed hæc quam affero potior mili videtur solutio. Nec minus proclivis error in describendis nominibus propriis, unde prodierunt $\epsilon\sigma\alpha\nu\eta\tau\omega\eta\gamma\mu$, quas inter libros Paralipomenon & Genesim notat idem Argutator. Nam si nomina filiorum Benjamini, quæ capite Genesim quadragesimo sexto exposita sunt, cum iis contendat quæ habentur Numerorum capite vicequinto sexto, & quæ prioris Paralipomenon capite octavo ; item Ebraica cum Interpretatione Septuaginta Senum, statim magnam nominum depravationem apprehendet. Atque exceptio eadem pertinere debet aduersus objectas à Disputatore nostro similes nominum discrepationes ; eam vero præcipue quæ inter nomina Leviticarum urbium in Josua expressa intercedit, & ea quæ habentur in Paralipomenis. Res erit ex utriusque loci comparatione clarior. Quapropter id tantum his cavillationibus extorqueri potest, luxatum esse in nominibus quibusdam propriis, aut in arithmeticis aliquibus notis Scripturarum contextum ; quod neque quicquam negat, & si negarerit, Maioresque lectionum differentias quas collegerunt facile revincent : imo & plerasque Libris facis inesse fateor scriptoris varietates, quas neque Maiores adnotavit. Potissimum autem in Libros Paralipomenon haec calamitas incubuit. De nominibus urbium alter respondent Ebrei Magistri, nempe Levitis commodato das urbes ad habitandum, quoad illæ quæ propriae ipsis dicatae erant Chananæis extorqueri potuerint ; hinc diversa urbium nomina in Josua & Paralipomenon Libris extitisse. Masius vero mutata haec nomina lapsu temporis arbitratur.

DE LIBRIS ESDRÆ.

I. Disputatur de Auctore libri prioris Esdræ. Vulgata opinio proponitur. Sex priorum capitum incertus est Auctor, atas assignatur. Reliquorum auctor est Esdras. II. Probatur ejus $\gamma\pi\eta\sigma\tau\omega\eta$ & antiquitas. III. Nehemias auctor est libri sibi cognominis, cuius probatur $\gamma\pi\eta\sigma\tau\omega\eta$ & antiquitas. IV. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum. V. Secundum argumentum. VI. Tertium argumentum.

Disputatur de Auctore libri prioris Esdræ. Vulgata opinio proponitur. Sex priorum capitum incertus est Auctor, atas assignatur. Reliquorum auctor est Esdras. II. Probatur ejus $\gamma\pi\eta\sigma\tau\omega\eta$ & antiquitas. III. Nehemias auctor est libri sibi cognominis, cuius probatur $\gamma\pi\eta\sigma\tau\omega\eta$ & antiquitas. IV. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum. V. Secundum argumentum. VI. Tertium argumentum.

I. **T**RITA est & vulgaris omnium opinio librum priorem Esdræ, qui solus apud Ebraeos Esdræ dicitur, cum secundus Nehemias nomine inscribatur, Esdram auctorem habere : & vix quemquam ab hac sententia deflectentem reperias. Ego Libri hujus capita sex priora eundem scriptisse aio, qui Paralipomena, ut ex horum fine colligi potest, quæ initio libri prioris Esdræ repetitur, ut supra observavi. Sex priorum cum de Paralipomenis agerem. Præterea capitum illorum Scriptorem rebus ipsis quas narrat, interfuisse declarant hæc capitis quinti verba : *Ad quid respondimus eis, quæ certus est Ancorat atas assignatur. Reliquorum auctor est Esdras.* I. Esdr. 5. 4. non potest quam Longimanus. Porro Scriptorem horum sex capitum aliud esse ac Esdram ex istis verbis concluditur, unde initium sumit septimum caput : *Pest hac autem verba, in regno Artaxerxis regis Persarum, ipse Esdras ascendit de Babylone.* Nam cum Hierosolymæ fuerit tempore Darii Scriptor priorum sex capitum, Esdras vero Hierosolymani venerit regnante Artaxerxe, sequitur aliud esse sex priorum capitum scriptorem ac Esdram. Reliquam autem Libri partem, quæ quatuor omnino constat capitibus, ab Esdra esse profectam manifestum est, cum ex aliis ejus verbis, tum ex his potissimum, quæ extant septimo capite, ubi postquam datas ad Esdram ab Artaxerxe literas retulit, subiungit demum ita : *Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde Regis, ut glorificaret domum Domini quæ est in Ierusalem, & in me inclinavit misericordiam suam eoram Rege, & consiliatoribus ejus, & universis Principibus Regis potentibus. Et ego confortatus manu Domini Dei mei quæ erat in me, congeceavi de Israël Principes qui ascenderent mecum.* Ex quibus appetet eum qui ita de se loquitur

PROPOSITIO IV.

167

ac scribit *autem* *etiam* *tertius*, hunc ipsum esse Esdram. Idem probatur & ex nono capite, ubi cum de se dixisset, *Curvari genu mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum* 1. Esdr. 9. 5. *meum;* & orationem deum adiucisset, quam fudit ad Deum; tum subnequit: *Sic erit* 1. Esdr. 10. 1. *go orante Esdra, & implorante eo, & flente.* Cum igitur Thalmudista, aliquie Ebrei Thalm. in Bab. doctores Esdram auunt librum suum scripsisse, id ad capita tantum postrema qua- batht. cap. 1. tuor pertinere in eorum gratiam putandum est.

II. Porro ex hoc Opere descriptis Nehemias, **ספר החש**, sive Librum genealo. *Probatur*
gia; corum qui Babylone primum Hierosolymam redierunt; & septimo scriptoris sua *eius* *scriptio* *mc*
capite representavit. Verumtamen quoniam illic in secundo prioris Esdræ, Nehemia & antiquitatis
fit mentio, qui & Athesata appellatus est, quique in priore redditu non fuit, hinc mihi ^{1.} Eids. 2. 2.
videtur probabile Nehemiam, cum haec describerit, nomina quoque corum recentiori-
ni inferuisse, qui secundo redditu interferuntur; atque ita Librum genealogie interpo-
lasse. Alios vero deinde deprehensis Esdrina & Nehemiana genealogia discrepantiis,
ad Nehemianas exemplar Esdrinam refinxisse, & recomposuisse.

ad Nehemiam exemplar Etiamnam resumere, & recomponere.

III. Nehemiam librum sibi cognominem lucubratio Interpretes consentiunt, & Nehemias res ipsa indicat: nam & se Libri auctorem in fronte profitetar, pro more Scriptorum auctor est illius temporis, Herodoti, Thucydidis, Timei Locri, Ocelli Lucani, Alcmaonis Libri sibi co-Crotoniata, & reliquo opere res à se gestas describit *auto&exposito*. Atqui narrata illic *Jominis*, constitutio*m*is incertum Hierofolyma, ejusque Auctor Nehemias, cum laude meminit *ius probatis* Sirachides, Commentariorum autem iphis & scriptiorum, Auctor Machabaici posterioris, *zontone & antiquitas*. secundo capite. Tum is autem Liber, tum & ille Esdra, in Ebraeorum Canone receperit, & à Septuaginta Interpretibus Graeco sermone redditus est. Vixit porro Nehemias Artaxerxis aeo, non Mnemonis, ut contendit Scaliger, sed Longimani: atque iphis in Judean reditus Esdra reditu tredecim annis est recentior. Fuit de Tribu Juda, ut recte notant Eusebius & Cedrenus. Nec obstat decimum caput libri Nehemias, in quo Sacerdotes dicuntur ii quorū nomina proxime præmissa sunt, inter qua primum est illud Nehemias; nam ad reliqua, non ad hoc, pertinet notatio isthac. At virtus illa, que leguntur primo capite Machabaici secundi: *quissi sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua*: nam si Græcum exemplar consulas, ista repeteris: *κατάδοτε τοις ιησίκις ρευματα τοις Εσδραν*. *quissi sacerdotes Nehemias aspergere ipsa aqua*. Sub Esdra nomine latus liber Nehemias apud Eusebium & alios, *Quia apud Ebreos Esdra, Nehemique sermones in unum volumen coarctantur*, inquit Hieronymus.

mones in unum volumen coniungantur, inquit Hieronymus.

IV. Quamvis autem horum Librorum certa sit fides, eos tamen Anabaptistæ per Refelluntur
nitus repudiant: sed & argumentationibus quoque suis eos appetit Theologo-Politicus argumenta-
Philosophus, negatque ab Esdra & Nehemia esse scriptos, sed longe post instaurata-
tum à Iuda Machabæo Templi cultum confictos à Sadducæis, forte ea de causa, ut po- Adversario-
pulo offendenter Danielis Prophétias adimpletas esse, atque eum haec ratione in religione con- rwm.
firmarent, ne de melioribus & futura salute in tantis calamitatibus desperarent. Tam nova Primum ar-
& temeraria opinatio nis unicum hoc habet argumentum, quod capite Nehemias duo- gumentum.
decimo nomen extet Jeddoæ Pontificis, quem Alexandro magno Hierosolymam cuncti
obviam produisse Josephus narrat; & illud Darii, ejus nimirum qui Codomanus co- Triaæ. Thol.
gnominatus est. Unde sic concludit: *Neminem eximilatatem credo, quod Esdras aut Nehemias* cap. 10.
ad eo longe fuerint, ut quatuordecim reges Persarum superixerint: nam Cyrus omnium
primus Iudeis veniam largitus est Templum readificandi, & ab eo tempore usque ad Darium
decimomquartum & ultimum Persarum regem ultra CXXX anni numerantur. Vix plu-
res potuissent errores tam paucis verbis colligere: nam primum putat Nehemiam Cyri
temporibus floruisse, qui Artaxerxis coævus fuit: quatuordecim Persarum reges nume-
rat, qui à Cyro ad Darium Codomanum fuerunt omnino decem, aut si Parizithen
& Smerdin Magos in iis numeres, ad summum duodecim. A tempore quo Iudeis pa-
tria repetenter potestatem fecit Cyrus, ad postremum Darium annos effluxisse cen-
set CXXX, qui ad hujus obitum non multo plus quam ducenti fuerunt. Præterea, ut
hac concedamus omnia, non inde sequitur libros Esdræ recentiores esse Iuda Ma-
chabæo, qui plusquam CLX annis post Darii Codomanni obitum Judæorum dux
creatus est. Denique quidquid ex duodecimi Nehemias capitis verbis sequatur, minime
id Esdræ liberum, sed Nehemias solum oppugnat. Jam vero quod spectat ad Jeddoam
Pontificem, & Darium Codomanum, quos Nehemias agnos & commemoratos fuisse
fatumur, & ad Sanaballetum Horonitem, quem Manassis fratis Jeddoæ Pontificis so-
cerum fuisse caussantur, & à Dario ad Alexandrum defecisse, ut est apud Josephum; Josephi. Antig.
cum multo prius Nehemiam Hierosolyma muros reparantem interpellasset, quemad-
modum legitur Nehemias quarto capite, nos respondemus Nehemiam puerum fuisse,
cum primum in Judæam profectus est, ut qui regi esset à poculis, quo ministerio
sere pueri fungebantur, iter autem illud incidisse in annum viceustum Lon-
ib. ii. cap. 3.